



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

161 Deceptis opitulandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

161
Decepis opi-
tulandum.

peruenisset, nec amplius in ipsius L. esset po-
testate. Sententia qua Pontifex hic utitur de-
sumpta videtur è S. Velleano quod mulieribus
opitulatur deceptis, non decipientibus l. 2. §.
verba itaque Senatus-consulti. π. ad S. Vell.
vbi fœminarum infirmitas vel simplicitas me-
ruit auxilium, non calliditas.

Ait Pont. *licet ipsi per se de iure non possint ec-
clesiastica beneficia permutare.* Constat ex hoc
loco permutantes hosce duos nō petiisse con-
sensum sui Episcopi in suis beneficiis permu-
tandis; quæ causa fuit cur hæc permutatio non
valuerit: sed quia non per malitiam sed simpli-
citate quadam peccauerāt hac in re permutan-
tes, beneficium à Gerardo resignatum eidem
restitui iubetur quo alio qui fuisset meritò spo-
liandus, vt & Laurentius beneficio suo, iuxta
cap. cum olim. proximè præcedens.

162
Simplicitati
parandum.

Ait Pont. *vt tamen simplicitati venia tribua-
tur.* Huius pronuntiati vel gnomes vel sen-
tentia multa passim extant exempla per Glos-
sographum hūc allata.

Ait Pont. *vel quolibet alio illicito detentore.*
Sic fere solent iniqui & iniusti possessores in
alias atque alias rem deriuare manus vltorio-
res, in veri domini præiudicium; quo facilius
atque citius excidat ille recuperandi remedio.
scilicet hæc ars est hominum nequam & falla-
cium. Licet enim res etiam furtiua cum suo vi-
tio transeat in quemcumque possessorem l.
vitia. C. de adquir. & retin. poss. §. furtiua
quoque res. vers. quod autem dictum est.

163
Ars inuisto-
rum possesso-
rum in que-
renda tertia
mano.

Inli.